

## bibrevis

DIOM. GL I 475. 9 sqq. ergo binarum syllabarum sunt (*scil.* pedes) hi. primus pes dibrachys, bibrevis, pyrrichius vel pariambus vel hegemon Graece dicitur. constat ex duabus brevibus temporum duum, ut ‘deus’.

DIOM. GL I 475. 25 sqq. apud Italos vero eius gradus (*scil.* pyrrichii) \* et Bellonae, id est Έννοῦς, filio, quem caprino pede Inuum poetae fingunt, quod summa montium et difficilia collium concitato cursu caprae more superaret, quotiens praedatoria vice grassaretur, citipedem hunc cursum sibi repperisse testificantur. quo nomine bibrevev pedem nuncupant. sunt qui pyrrichium Graeca interpretatione cognominaverunt, quod calore velocitatis vel tripodio mobilitatis apices flammaram aemularentur. [S.D.B.]